

Bibliothèque numérique

medic@

**Brisset, Charles - candidat / Dupont,
Michel - président. - An salubris usus
Chocolatae ?**

1661.

Paris

Cote : ms 78 n°1119

QVÆSTIO MEDICA

CARDINALITIIS DISPVATIONIBVS MANE DISCVTIENDA

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXXI. MARTII,

M. MICHAEL DV PONT, Doctore Medico, Moderatore.

An salubris vsus Chocolata?

1119

QUÆMADMODVM in Vniuerso nihil ordine, sic in homine nihil sanitate præstantius; illo seruatur vis insita rerum omnium, hac diuini animalis vita non solum viget, sed perficitur. Tanti est ad vitam momenti sanitas, qua absente nullius boni ratio, præsentis velat optimo Naturæ condimento (non propter se, sed ad doloris vacuitatem & actionum integritatem expecto) omnis arides voluptas. Cauē ne materix immeritus animum negligas, vt corpori sic animæ sua est sanitas illa, pueri vegetior, posita in partium temperie & proportionē, hæc ætate prouectis illustrior, licet ab eodem fonte manet, cerebri potissimum constitutionem sequitur. Mirare vtriusque conspirantem cognitionem, neutra alterius ope destituta opus suum inculpate obit, ita tamen vt plus corpori mens insimul, non re, statuitur, est ab ea deficiens, quæ & intemperiem ipsam non excludit, de hac ex functionum præstantia in specie, non in genere distinguenda, sit sollicitus Medicus, reperiet pulchritudinem, non fucatam illam mangonum & muliercularum cuticulam, sed veram, maribus quam feminis magis conuenientem, in optima constitutione, actionibus inculpatis explorandam à sanitate perfecta non diiungi.

SANITAS, etsi latè patens, diu vix persistit, nisi summa cura. Id sit more meliorum quæ in peius vt plurimum ruunt. Sapientis est seruare præsentem, absentem reuocare. Hoc assequitur contrariarum per contraria curatione, quæ tam à morbi conditione, tum à viribus ægotantis, & diæta, chirurgiæ, pharmacia desumitur. Hoc ergo modo recta victus ratio, duceque Philopodia, (quæ ferè sola mentis regit motus) mores probi reddantur, & corpus & animus simul persanentur pauci, probati, & selecti. Hinc apoge sexcentas Arabum, ne dicam Chymicorum, luci, non restituenz valetudinis cupiditate inuentas medicamentorum farragines, longè diledant tot confusiones nomine cardiace, solum alimentum cordis tonum fouet. Sed quid de sanitate præsentis qui habet corpus, sed optimè habet anima, mens lieto corpore fulget vt stella celo nitida. Sic, vt ceteris non naturalibus, namquam nimis, assumpta reficiantur, excernantur superflua. Verum in remotis regionibus, ea facit adulescere, quæ ad illorum incolamitatem conducant; ac licet vbiq; terram omnem beauerit, collatione tamen facta aliam alia beatiorum muneribus eximiam cumulat.

VNA quæque regio vt suos morbos, sua habet commoda ex terra, solis, & aquæ viribus, eo scilicet naturæ consilio, quo altera alteri (vnde totum pendet mercaturæ momentum) mutuas operas conferret, inde totius vniuersi princeps homo & terras & maria peruoluendo, mineralia, illic, animalia perfructuratus est, ex quibus alimenta modò, modò medicamenta sumeret. Sic apud Indos Occidentales, mira sagacitate confecit Chocolatam, antiquis penuria meliorum, sua decantatibus inauditam, nobis Hispanorum commercio nunc familiarem: Errant qui eam damnant vt vadam, vt è longinquo aduenientem; alijs qui præscribitur purgatio (quæ cum erethismo, tam attractione peragitur) si senex, rheo, & ceteris ab æque distantibus plagis ad nos denectis locus non detur; varia est more præstantiorum, quibus omnes quo faciunt sua aut addere aut detrabere consueuerunt, an quod eodem collyrio omnibus non sit inendum? sed quæ omnium maxime ardet formula talis esto; Centenis Cacao, vnde nomen Chocolatæ, miscenatur anisi manipulus semis, cinnamoni drachmæ quatuor, sacchari libra semis, achiote quantum satis ad tincturam. Hæc omnia prius igne, præter achiotam, semper agitando deficcata contundantur in mortario separatum, postmodum miscenatur, exindeque pasta confecta iterum versetur, & igne supposito fingatur in tabellas, quæ visus tempore ad tres aut quatuor vncias ad summum tundantur, in aqua calida cum saccharo diluantur, & mane præsertim ante cibum ebibantur. Sic dum displicent malorum, quæ sæpe deficiunt quia rariora & cariora, miscibilium apparatus, cito præsidium confeceris tutum & iucundum.

CHOCOLATA qui vti voluerit, eius partium & totius facultates in omni remedio cognitu apprime necessarias prius expendat, quid inde? nihil insensum, amica omnia, anisum statim discutit, calorem narium sulcat, obstructions soluit, capiti, renibus, vtero stimulat. Cinnamoni licet tenuissimum maxime partium, ternum caloris non superat ordinem, sed potenter exsiccat, grati est odor, ideo Cerebro maxime familiare. In Cacao velut in musto, cichorio & alijs pars altera terrea, aërea altera continetur. Prima, vt exuperans, si non alteratum solumque fumatur cacao, summe refrigerat & obstruit, hæc butyrofa paululum calefacit. Nihil cura de saccharo aut achiote, cum illud quia dulce, & ideo calidum ad blandiendum, hæc ad colorem conciliandum commendat. His itaque omnibus simul permixtis, ignis & tritura beneficio mutus quædam oritur pignus, quæ, deposita tandem contrarietate, compositum quoddam exurgit temperatum, non laudandum ad instar imperitæ multitudinis ad noua omnia pruriginis auida, sua vapore communia negligentis, vt rara quærentis aliena, ideoque Morycho stultioris.

NIHIL est quod per se cum semper bonum sit, abusu sæpe pessimum non fiat: ipsa quæ nos veneni dicimus, forent summa præsidia si nosceremus. Tum alimentum, tam medicamentum ad aliud quid peculiare referuntur, hinc non hominem, sed Socratem curat Medicina, in quæ qui petitus est, occasione, inestimabile temporis momentum, animam curationis adeo solerter capiat, vt quæ ipse præscribit, Deorum sint manus, ab alijs tanquam deleteria, alijs exhibita. Vnde el, vt qui voluerit Chocolatam feliciter exhibere, cum ipsam prius habuerit exploratam, tum apprime dignoscatur fumentis temperiem, consuetudinem, regionem. Eâ methodo cum sciat temperata gaudere similibus, intemperata contrariis, ita his erit auxilio dum miscibilia commutet, augeatur Cacao, cetera minuantur, sic medeatur biliosis, vice versa hæc superent, illud deficiat, pituitosi, melancholici inueniunt. At temperatis legitima quantitate (vbi maxima medicamentorum remora, & vnde potissimum Medicina coniecturalis) nostra temperata decernatur Chocolata, in qua calor cum semper exuperet, temperis nimium feruida vitetur, derue tamen aliquid consuetudini, partium seruat temperiem, calorem natuum & robur viscerum sua caliditate & siccitate moderata excitat, firmat, coctionem iuvat, obstructions soluit, alimentum distributionem, iustitiam excretionem promouet, adipem cumulat, non est inimica Cerebro, est amica veneri, animæ & corpori opportunissima.

Ergo salubris vsus Chocolatae.



Proponebat Lutetiæ CAROLVS BRISSET, Druida, A.R.S.H.M.DC.LXI.

559

